

tiarum actionem erga D E U M ter. opt.  
 max. exhortor. Qualia enim & quan-  
 ta beneficia hoc præterito anno in nos  
 contulerit, quivis nostrum est expertus.  
 Avertit enim à nobis bellum, pestem,  
 famem, reliquit nobis verbum suum  
 purè, servavit nos incolumes, omniaq;  
 nostra per sanctos suos Angelos custodi-  
 vit. Nostrum itaq; est beneficia nobis  
 exhibita hodiè grata mente agnoscere,  
 prædicare, cumq; Prophetâ, Misericordia  
 Domini, quod non consumti sumus, ex-  
 clamare. Deinde & hodie vos, ut me-  
 cum felicem hujus præsentis anni suc-  
 cessum à D E O peratis, verbis, quibus  
 possum, meoq; exemplo invito:

Tren: 3.

*Annus finit iter, finem da CHRISTE  
 malorum,*

*Et veniant anno jam bona fata novo.*

His præmissis ex Evangelio  
 audiamus:

- I. *Quare Christus fuerit circumcissus?*
- II. *Quare illi in circumcissione attribu-  
 tum nomen J E S U S.*

### D E I L O C O.

Qualis nam Ceremonia, vel quale  
 Sacramentum fuerit Circumcisio, liquet  
 ex Ge.